

redituros, peramanter deduxerant: vltra tres integras Septimanas, aduersa tempestate, eo in loco, non certè sat commodo, non minus, quam per affectam, laudatissimæ istius Principis, valetudinem, detenti.

16 oktober. Hoc die Anno etc. 79 post nuptias filiæ meæ Catharinæ in Rugia celebratos, fui Wolgastiæ, apud Illustrissimum et optimum Principem nostrum, Dominum Ducem Ernestum Ludouicum etc. Inde, clementissimè tractatus et aurea cathena donatus, postridie discessi.

18 oktober. Veni Venetias, emporium in toto orbe terrarum celeberrimum. Anno 1553.

19 oktober. Nascitur Dargemerus Pasewalck H. 10. post merid. M. 10. Anno 1551. Rostochij.

22 oktober. Veni Patauium. Anno ut ä:

24 oktober. Hoc die, inter horam XI. et XII. in meridie. Anno 1575. mortuus est Friderichspurgi d. Palatij Regij Magister, Petrus Oxe de Gijssselfeldt.

27 oktober. Anno 1575. moritur Hafniæ, dulcissima et elegantissima puella, filia mea, Anna Paselckes, cum ageret octauum ætatis annum.

28 oktober. Veni Ferrariam, Anno peregrinationis meæ.

Anno 1564. secundo fui in negocijs Regiæ Daniæ Maiestatis, Viennæ in Austria, in aula Imp. Romani, vbi me hoc die audiuit sacratissimus Rom. Imp. Maximilianus secundus, negocia et mandata Domini mei clementissimi proponentem. Collegam in ea legatione habui nobilem et optimum virum, D. Georgium Rosencrantzs. Regni Daniæ Senatorem.

Anno 1573. Die 28. huius, celebrantur nuptiæ Illustrissimi Principis Domini Christofori Ducis Megalburgensis etc. et Dominæ Dorotheæ filiæ Friderici primi Daniæ etc. Regis, Ducissæ Slesuuici Holsatiæ etc. Coldingæ, cum eodem tempore ibi baptizata esset, filia primogenita Serænissimi Regis nostri, Princeps ELIZABETA.

1 november. Caspar Pasellick<sup>1)</sup> nascitur, Anno 1530. H. 3. M. 30. post merid. Rostochij.

Hoc die, cum compleuissem annum ætatis meæ vigesimum tertium, veni in academiam Bononiensem, quam rectissimè, et verissimè matrem studiorum, vocamus, De qua iuste dicitur: Bononia docet. Bononia facit optimos Doctores. etc. Tu cogites, d. D. Mariano Soccino Nepoti, clarissimo in tota Europa Icto, et ipsius Posteritati, te memoria summorum beneficiorum, in perpetuum deuinctum esse.

6 november. 2<sup>2)</sup> Hoc die Anno 1564. celebrantur nuptiæ clariss. viri domini Ioachimi Rajjmari I. V. Licentiati et honestissimæ virginis Ilsæ Frijsiæ sororis cariss. vxoris meæ.

21 november. Florentia, la bella.

<sup>1)</sup> ändrat från Pasewalck.

<sup>2)</sup> Ändrat från 21.

23 november. Senas. vbi tum erat præsidium Regis Galliæ.

Pax inter Sereniss. Principem D. Fridericum Danorum Regem etc. et Legatos Sueticos et reipub. Lubecensis conclusa et restituta Anno etc. 68. Roschildiæ, Sed postea à Suecis reiecta.

25 november. N. B. Hoc die, cum finita concione pomeridiana, in templo Diuæ Virginis, cum cariss. parente meo amanter colloquerer; à quodam scelestissimo nebulone, Iohanne Schröder Rostochiano, septem globulis ex bombardâ emissis, in conspectu patris, nefariè, et lætaliter sum læsus in dextro humero. Ipse cum à nobis in templo detineretur, à Lictoribus captus, et in carcerem detrusus est, et proximo die h. me intercedente, et deprecante. vltimo, et digno supplicio affectus est. Anno 1554.

28 november. Triduò post acceptum vulnus, cum grauissime ægrota-rem, sumpsi sacratiss. corpus, et pretiosiss. sanguinem IESV CHRISTI filij DEI.

Missi sunt ad me Senatores, et ciues aliquot, à familia hostis mei ut meam voluntatem cognoscerent. His ego (: quantum ferebat tunc summa imbecillitas mea :) conuenienter tamen respondi.

Anno Domini 1559. Hora 11. M. 30. in meridie, nascitur cariss. filia mea Dorothea in oppido Iutiæ septentrionalis Coldinga, quam Sereniss. Daniæ regina Dorothea ex baptismo clementer suscepit.

29 november. ☩ Romam veni, ad d. D. Laurentium Kerckhof, amicum meum sincerum<sup>1)</sup>. Anno 1553.

1 december. Senatus Rostochiensis, nemine accusante, ex officio suo, Iohannem Schroder Rostochianum, qui proximò die Dominico in templo d. virginis me scelatissimè læserat; vltimo supplicio affecit, hora 11. ante merid. Anno 1554. Cui Deus iam inauditam petulantiam et immanitatem, quam in me exercuit, clementer remittat.

5 december. Hoc die pridie Nicolai circiter horam 10.<sup>am</sup> vespertinam, mortuus est Coagij d. Iohannes Frijsius ab Hesselagger, Hagenstedt, et Borrebij, Cancellarius Regis Friderici primi, Christiani 3. et Friderici 2. Sepultus 19. eiusdem mensis Hafniæ in templo Diuæ virginis Mariæ. Anno 1570.

10 december. ☉ Dominica 1. Aduentus, vidi Papam Iul: 3. in Missa, cum 30. Cardinalib.

12 december. Nascitur Serænissimo et optimo Regi nostro filia, Illustrissima Princeps, d. Anna, Scanderburgi circiter, circiter horam 7. matutinam, Anno Domini 1574.

15 december. Discessi Roma, regno Pontificio benè considerato, et diligenter notatis memorabiliorib. antiquitatib. Anno 1553.

Nascitur Hafniæ filia mea Beningna hora 3. minuto 20. ante meridiem Anno à natiuitate Redemptoris. 1568.

19 december. Captus est dux Georgius Megalburgensis à Magdeburgensibus, et detentus vsque ad deditioem ciuitatis. anno 1550.

<sup>1)</sup> Detta ord är senare överstruket och ersatt med förkortningen sc3 [sceleratum?].

## Eiler Akeleyes och Caspar Paslich d. y:s anteckningar.

15 januari. Hunc librum vindicat Hilarius Achilæus, et est ejus verus possessor,

Codicis Hæredem, si vis cognoscere lector  
Suscriptum nomen, respice quæso meum

Hilarius Achilæus  
m. manu p

Nemo petit coelum, nisi per Christe (!) redemptor[em]  
À te sit salus non aliunde venit

*Ἐμὸς ἕρως ἔσασσούται*

Hilarius Achileus f: Hilarij  
suapte manu p

16 januari. Olive Nettelhorst.

Vnk Frue Øliffue Nettelhorst Gerloffs Datter Caspar Paslick Fredricksön till Rönnebeckisholm mp<sup>1</sup>.

S. 83 under den 1. februari uppräknas Fredrik Paslicks och Magdalene Gabrielsdotters barn: Caspar Paslick, Fredrik Paslick, Baltzar Paslick, Knud Paslick, Elsebet Paslick, Margrette Paslick och Juditte Paslick. Stilen är sannolikt den yngre Caspar Paslicks.

26 juli. Anno 1643 daa war min farbroder sön her paa soer och laa till Mester Steffen och war her fraa onsdag till fredag, saa Reiste hand till Rönnebeckisholm, Eilert Ackeleij.

29 juli. Anno 1643 den 29 julij Rieste ieg och min broder Allexander till Rönnebekisholmb och her war bartzell paa Soer den samme dag med hoffmesters barn och wi laa siug der begge tu i otte dage, Eilert Ackeleij.

13 augusti. Anno 1643 den 13 Augusti daa Reiste ieg och min broder Allexander fra Rönnebekisholm till Soer, och den samme dag war der examen i scholen och wi war intit til examen och ieg haffde breff till hoffmester och till scholemesteren fra Knud Paslick. Eilert Ackeleij. [Tillagt av annan hand:] Knud Paselick Fredericksön, Øliffue Nettelhorst Gerloffsdatter.

25 september. Den 25 Septembris kom Holckerius schollemester fra Aarhus och haffde ingen bud till os, den same dag war Albert Hondorff her paa Soer och jeg fick papir aff schollemesteren 2 Aarck.

21 november. Anno 1643 den 21 Novemb: daa fick ieg bud fra Jonstrup.

---

<sup>1</sup> Denna anteckning är gjord av Caspar Paslick d. y. Olive Nettelhorst blev sedermera hans maka.